


Sebastianus Petricius Illustris Cardinalis Bernardi Macieiovi[c]

a consiliis medicus et itinerum Comes

Professor in Lycaeo

Philosophus in vita

Medicus in moribus arcendis

Regno, Urbi omnibus

Scripto, exemplo, praecepto prodesse studui

Aristotelem, Horatium, nostratem lingvam docui

Tyberim, Rhenum, Rhodanum adii,

Boristhenem et hostilem Moscuam senex invitus bibi:

Rarus in otio, frequens in labore fui,
nec scio an profui, hoc vere dixerim fui.
Vidisti me hospes, perspice rursum te

Vivis, si labore et virtute communi bono vivis

Vivis, si labore et virtute communi bono vivis

Vivis si vitam invitam, mundum immundum reputas

Si hoc ut minimum iniquieris curas

Mortuus A. D. 1616.